

R 13 B. 60. 128.

R
10686

4-xiii⁶A
25577

152804513

13 B. 60. 128.

Hoc in libello hæc continentur,

V L R I C H I

De Hutten, Equitis Germani, ad Carolum Imperatorem, adversus intentatam sibi a Romanistis vim & iniuriam, con-questio.

Eiusdem alia ad Principes ac viros Germaniam, de eadem re conquestio.

Eiusdem ad Albertum Brandepurgen, & Friderichum Saxonum Ducem, Principes Electores, aliisque ad alios Epistolæ.

I A C T A E S T A L E A.

Acc. 3889.

Etsi multa esse video, quæ te occupatum habent hoc tempore, ardua illa & longe maxima, princeps Carole, rex inuictissime, tamē, nullum esse importunum compellandi te tempus arbitratus sum, quo eodem cognitum sit, accusationem intendere aduersarios apud te mihi. Quum igitur intellexissem paucos ante dies, quendam istic Pontificis oratorem vehementer conari hoc, vt tu mihi succenseas, statim has fortissimo viro, tuo consiliario, & a bellicis ministro, amico meo Francisco de Sichingen, cum ad te proficisceretur iam, perferendas tradi di. Accusatum me huc mittitur ab Episcopo Romano, atque hoc tu solum fieri putabas. Sed ego quod monitus sum nuper, itidem certè rem faciam: subornatos iam multo ante ab istis, qui extinguēdo mihi, siue ferro id, siue veneno patrari posset, operam darent: idq; in tua aula, vbi tunc negociū mihi erat. Neq; hoc patiar ignorare te, quod certum habeo, imperatum a Leone X. quibusdam hic Principibus, vt cōprehensum ne, vinctum Romam mittant. Hæc instituta ante sunt quam apud te reus fierem, & tamē qui hoc sunt conati, accusationi adhuc locum esse volūt. Quod per maiestatem te tuam obtestor, tuamq; imploro fidem, ne patiare tantum impetrari abs te, quantum audent petere improbi. Petunt autem, vt per te liceat vinctum abducere equitem Germanum, eius corporis, cui tu caput impositus es membrū, Quod

ob malefactum? Certe profecto nullum, ipsis etiam illis qui petunt testibus. At qua de causa? Quia Christiana m adserui veritatem, nouitias Pontificum detestatus fabulas. Quia ad pristinam, & huic nationi tuocq; Imperio debitam respexi libertatem, externū detestans iugum. Nam quale hoc peccatum est, quod hinc aliquid illorum decessit lucro? Si nescis em, hoc in primis stomacho fuit ipsis, quod passus non sum, tantum maiestati tuæ decedere, quantum illorum ad se trahit cupiditas: & quia indignum duxi nostra virtute, nobis cottidie depilationibus patere hanc patriam, nouæq; semper expositam esse prædæ: eiq; sui iuris monstrator fui, suæ dignitatis monitor. Quod ipsum si scelus est, tamen quia tuus sum, ad alienum vocari supplicium, quia te Principem agnosco, ad externam rapi pœnam non debeo. Nisi carceres hic tu non habes, & gladios non habes, aut laqueos: quibus fontes punias. Sed habere te non ignorant, sibi licere omnia volunt. Quod videre te oportet, cauendum quid sit: neue plus nimio in ius concedi tuum tibi patiaris: non dico, si hoc dederis (nam datum nullus est metus, ne suspicio quidem) sed patenter si orari etiam abs te huiusmodi tuleris. Atquæ hoc sollicitè adcurandum tibi existimo, quia omnis in te vno posita Germania est, ne quos ornare etiam debebas, non tueri eos videaris, neue quos officii erat tui euehere, deprimi eos sinas. Vbi si tēpus spectandum non esset, tamen exempli rationem habere te conueniebat. Quo tandem deuenient em res Ger

LVM CONQVESTIO.

manæ, quæ reliqua libertatis nobis spes, aliis nostræ virtutis opinio erit, si neq; tuo inferuire honori licet, neq; accommodare patriæ tutum est? Deniq; vbi religio, vbi pietas, si quæ Christus docuit, meminisse nõ oportet, atq; immortalibus illius institutis, humanas præferre traditiunculas cogemur? Vtinam videas qui sint hic passim contra hanc vim gemitus, quæ contra iniquitatem hanc suspiria: quæ vt hæc vindicæ, tui expectatio. Tandem videtur enim ius & fas omne ab his deleri, omnia omnibus eripi. Cuius rei quæ mea est fortuna, in me, si vsquam alibi, documentum dederunt. Non est hæc magna atrocitas enim, in auditum, indefesum, indicta causa, velle vincire, velle torquere, velle occidere, præsertim iudicium expectantem, & cognitionem appetentem? Fateor hoc me scriptis conatum efficere, vt hic vertatur rerum orbis, hic emendetur status. Debit ea res magni esse periculi? Imo vilius esse debuit? Neq; nego promptus fui, sed oportune: audax, sed necessario. Et vt quæ fiducia sit videas, ne adhuc quidem clamare desino, contra hostes veritatis contra publicæ libertatis oppressores, contra tuæ dignitatis contemptores. Neq; vnquam desinam, nisi tu nolueris, consultum tibi, pæspectum patriæ. Sed voles: & ab eo abhorrebis multum, quod te isti facere nõsent, si bonos ferre hic Imperatores possent. Tu sis tamen qualem te esse decet: ne istis, quales cupiunt esse liceat. Qd' tibi cõsulo, officium est. quod amo patriam, pietas. Mea nulla privata res ẽ nulla ppria causa, nullũ peculiare negociũ. Nã

HVTENICA AD CARO

quid facerent isti, quam insolenter triumpharent, si quid eorum omnium quæ tractavi, ad me priuatim pertineret? Persequuntur me tamen, & perditum volunt: eoq; sibi autoritatẽ etiã deposcunt tuam. Ego contra, primum conscientia me tueor: deinde in tuæ æquitate fiduciam pono. Libere scriptis libris, veritati testimonium perhibui: ex officio, tibi, ex pietatæ consultum volui. Firmissimis aduersus pōtificias nugas argumentis contendere. Institutas aduersus tuum Imperium, communem libertatem, machinas, conuolare sum conatus. Vbi sunt præmia bene meritis, ne quis me pœnã delicto timere putet? Sed quid mirũ quod in gratiam me bonorum ponere debuit, hoc in malorum offensionem coniecisse? Tu vero aures quidem dare illis potes, adsentire vero nõ debes: nisi dubitas, si hoc adsequantur, facturos teterrime posthac omnia. Atqui facient. Facient ita me Christus amet, Nunquam enim intra aliquos fines illorum stetit cupiditas: nunq; modũ habuit: nec mensuram fert. Proinde multum refert, in presenti quid iudices, me præsertim haud dum audito, sed cupiente apud te iudicẽ quam primum voles, causam hanc dicere. Quia seruata volui patriam, ipse perdar. Quid facies paricidis, si hoc ego merui? Quia soluere omnium vincula sum adgressus, ipse vinciar. Quid feret quilibet latro, si de me hoc statues? Meam famam ego perdã, quia consultum tuæ laudi volui: falsus dicar, quia verum docui: occidar, quia ad vitam hortatus sum. Quo rapies omnes periuros, maleficos, impostores,

LVM CONQVESTIO.

sacrilegos, sicarios, hereticos, & idololatrias, si de his
 factis hanc pœnam sumes? En Christi vicarios. Pe-
 tri successores, Tu vero Carole princeps, ne sine hâc,
 perpétuos Imperii huius hostes, palmam ex me fer-
 re, hoc innocentis meę spolio frui, hanc triumphare
 victoriam improbos. Qui nisi ex sua malicia tuam
 estimarent indolem ea non peterent, quę tu si bonus
 es, imo quia optimus es, tam non dabis, quã ipsi pes-
 simi essent, petere non vellent, abs te presertim, tali
 principe, his maioribus, hoc genere edito. Petunt ta-
 men, quia moderari suas cupiditates nesciunt. At nõ
 dabis tu: quia obliuisci æquitatis non sustines. Scio
 enim, & certum habeo, quæ tua est probitas, ab hac
 turpitudine summe abhorrere: nec passuram, serui-
 tutem metere eum, qui seuit libertatem: & qui com-
 mune hic soluere iugum adgressus est, eũ catenas fer-
 re te Principe non sines. Si essem alienus, tamen hu-
 manitatis hoc dictaret ratio, vt cura esset tibi innocen-
 tiæ, vt subuenires adflicto, liberares circumuentum,
 leuares oppressum. Nunc is sum, quem nisi tu seruas
 qualis es, dici non potes. Imperator es tu autẽ, id est,
 publicæ libertatis conseruator. At esse qui potes, do-
 nec licebit Romano Episcopo, liberos hic homines
 & nobiles, vincetos Romam abducere? Sed de te
 nulla nobis talis suspicio residet, nedum opinio est.
 Illos vero quid non ausuros apud te putandum est.
 post, quam hoc semel tentare adgressi sunt. Prius
 mirifice Imperii huius maiestatem contempserunt:
 varie ac multis modis in maiorum tuorum iura con-

HV TENICA AD CARO

cesserunt. Imperio multa vi, multa fraude multa vio-
 lentis pactionibus per omne nefas ademerunt. Iplis
 Imperatoribus osculandos pedes per contemptum
 præbuerunt. Necesse diu iam per eos potuit Impe-
 rator, qui non in seruitutem se Romano Pontifici,
 interpolito iureiurando addiceret, Constitutiones
 ad suum libitum, ex lucri sui modo proposuerunt:
 quibus omnem hic libertatem obterebãt: omnia no-
 stra potestatis suę nexibus constringebant: quę ma-
 iorum nostrorũ liberalitate ecclesiis donata sunt, aua-
 rissime ad se pertraxerunt. Episcopos in Germania
 esse noluerunt, quibus non pallia magno vendidif-
 sent ipsi: omnes apud nos prefecturas sacerdotales,
 magno suo cõmodo locãdas sibi desumpserunt. Pri-
 mum aliquando, deinde quotannis iterum, iam tan-
 dem cottidie nouas indulgentiarum merces, venales
 huc adferunt. Tum absolutiones, dispensationes, re-
 laxationes, & infinitas id genus bullas, fraudulentif-
 simis apud vulgũ vfi persuasionibus, in magna de se
 hominum opinione vendiderunt: atq; his modis &
 aliis compluribus, neq; enim numerus est, tantum
 pecunię, quantum dici non potest, diu tam trans Al-
 pes hinc deportarunt. Præterea multo sæpe hic, &
 in his principes viros, anathematis inflictu percul-
 runt. Quibusdam venenum miscuerunt, alios per
 speciem amititig hostibus nefarie pdiderũt. Semp di-
 scordias inter Pricipes nostros excitarũt, & aluerũt,
 pulcherrimis sepe reb. splēdidissimis facinorib°, mag-
 no totius reipub. Christianę incommodo ac publico

LVM CONQUESTIO.

malo impedimentum attulerunt. Hęc omnia inquam & multo adhuc plura, prius ausi sunt: vnum vt videre videor, supererat, vinculis suis obnoxios habere Germanos, vt quos velint constrictos hinc abripiāt, ecce Cratores Decimi Leonis: qui hoc te Principe experiantur, qua confidentia dic oro? Nonne eadem, qua te Imperatorem legi vetuerūt anno præterito, nō idoneum ferētes, cum alias ob causas, tum præcipue, quod vel vnum satis ad te impediēdum arbitrati sūt, quia regnum Neapolitanum haberes tu: cū hoc pulchra sua quædam constitutio caueat, ne quis Neapolitanus rex in Imperatorem Ro. deligatur. Hęc cum fieri ab illis magno nostro cum detrimento, non sine maxima etiam stulticiæ nostræ apud exteros opinione viderem, nec me propter acerbitem doloris eius continere possem, exclamaui, vociferatus sum, scripsi publicauī. Optima consciētia, optima fide. homines ad malorum sēsū excitare conatus sum. Multos nobiles & potentes commouī. Atq; hinc manauit hęc mihi offensa, quā sic illi acceperunt, vt deposituri nisi fracti, quod te vindice fieri & potest & debet, non videantur. Age igitur inuictissime Carole, nos respice tuā dignitatē, tuāq; tuere existimationē. Muniat hęc abs te ad tuendā libertatē via. Hic remergēti christiane v̄itati p te patefiat adit^o. Quis audebit verē dicere eī, aut libere tibi cōsulere q̄s audebit, si eo noīe sic opprimor ego? Habes opes, vt possis: copias, vt valeas: causam, vt liceat: necessitatem, vt debeas. Insuper veram tibi & solidam propositam vides gloriam, si

HV TENICA AD CARO.

efficias: imbecilitatis opinionem, si non audeas. Neq; debes tu proposita ingēti gloria, tantillam fugere inuidiam: aut vilis offensę metu, a tanta absterreri laude. Scripsi tuum hos commodum interuertere: tuas exhaurire facultates: tuam minuere potestatem: tuas vires attenuare. Neq; non est hoc verum. Nihilominus hęc in me procella, hoc fulmen coniicitur. Neq; dubiū est, quin studiosissime hoc agāt improbi Curisani. Sed in te situm est, qua vi tuos impeti sustinere velis. Poteram qui iniuria oppugnor, iure repugnare: cui immerenti vis fit, defensionem recte experiri. Neq; id non permittebat ratio, dabat natura: vt qui sic cupide impetebant, eorum contra vim arma sumerē: & vires erāt erantq; auxilia. Sed in tuam defensionem reuicere visum est omnia, & te vindice vlcisci improbitatem hęc, Quod vt impetrari abs te sinas, per salutem tuam oro & obtestor. Iam audebo enim non petere amplius: vt ne istorum inductus fraude, mihi succenseas, sed vt maleficium etiam cum ipsis hoc expostules. Summa causę æquitas est: adde tuam auctoritatem Imperator, tuamq; gratiam. Debet hoc ipsa abs te causa impetrare, si non orem ego etiam. Vides enim quæ adnexa meo periculo sint: neq; sic habes tuus est intellectus, vt nō sentias, ad te quoq; pertinere hinc aliqd. An putas liciturū tibi libere posthac decernere, si hortari libere mihi nō licet? Aut nō māifeste vides meā perniciē esse tuę potestatis obsidionē tuicq; iuris vinculum? Me serua igitur, quem vides sine magno tuo incōmodo p̄di nō posse. Da hoc famę

tue, si cuiusquam innocentiae negas. Nam studia tibi mea non narrabo hic: nec labores exponam: Et indagatam omnibus viis, per tot pericula, tot acerbis. casus, literarum pariter ac rerum cognitionem non memorabo. Et si enim factura erant haec non nihil, ad concitandam mihi apud te misericordiam: quemadmodum illud quoque, quod maiorum tuorum res gestas meis ornavi literis, tamen ex ipso meo facto, nulloque penitus horum respectu, iudicari abs te volo, Qui si effecissem quod conatus sum, ut non liceret his amplius conspire Germaniam, tuam maiestatem ludibrio habere, publicam libertatem conculcatam tenere, veritatem evangelicam prestigioso induceto furo, omnium oculis atque auribus adimere, premium abs te postulare, tantum a supplicii metu abessem. Nunc qui beatum me arbitrarer, si hoc perfecissem, miserum non duco, si frustra conatus sum. Sed nihil frustra actum a me existimo, te animum exigente, te necessaria de causa vindictam advertente. Videmus infinite augeri hodie, quae maiores ante nostri cumulata plus satis putabant. Videmus sed te monere non audemus. Quae servitus in mortali Christe, quam captivitas ista est? Aut quousque adversum fortissimos reges & populos iuncti, nugacibus, bullis, & inanibus paremus fabulis? Siccine omnis extincta virtus est, omnis a Germania fortitudo exulat? Nihil animi, nihil mentis, nihil sensus relictum est: Sed bene agitur. Te nobis bona fortuna dedit. Te singulari quadam erga patriam hanc misericordia & benignitate Christus misit Carole Augusto,

qui inspicias haec, quique emendes. Quod te adeo facere volo, ut de me sollicitus amplius non sim: meque satis vixisse putem, si quo scriptis ego & oratione hortatus sum, huc te factis ire videam. Audies tamen causam hanc, & iudicabis. O enim cognoscente te dicere liceat Sed licebit. Nam alium ego praeter te iudicem nec debeo habere nec ferre possu ATQVE IGITUR QUID CVM EPISCOPO ROMA. EQVITI GERMANO? Sed haec tu statues. Ego interim non patiar, Imperium hoc, nomenque Germanicum, a quoque haberi ludibrio. Vbi si non possum aliud, hoc faciam tamen, quod adimere nemo potest: ut occulte mecum fremam indignitatem rei: ac fortunam quae conatui meo defuerit, accusem. Vale Imperator, nobisque diu superstes vive.

Alberto Cardinali & Archiepiscopo,

Vlrichus de Hutten Salutem.

Ex aliis cognoui, quid mandauerit Decimus Leo tibi: quo imperio, qua vi impellat, ut vincum me Romanam mittas. Nam tu, quod debebas, ut mihi videtur non monuisti: forte quia obnoxius es Decimo quod ut feliciter tibi cedat, ex animo & amate opto. Ille tamen valde metuo, ne rem vobis Episcopis, totique ecclesiastico ordini malam, rem atrocem & lugubrem conciliaturus sit, ista sua nunquam prius audita insolentia. Quod videre vos oportet: & cauere multo ante, ne veniat tempus, ut dici necesse sit, non putaram, Vtinam liceret nunc maxime colloqui tecum. Atque igitur male pereat, qui me a tuo conuictu, Principis, sic erga veram pietatem, sic

BRAND. CONQUESTIO.

erga bonos adfecti, abstrahit. Quo haud scio, an molestius in hoc aduerso meo casu euenerit aliqd. Sed obdurabo in omnibus his, aliquando dissimulabo etiam. Excludor ab aulis, ab urbibus, illa etiam (o dolor) aurea Moguntia, a publico conuictu, ab hominū confortio, homo nullius improbitatis reus, de nullo scelere, nullo malo facinore conuictus, adsertor veritatis: qui ad optima capessenda monitor fui, & indicata caussa excludor: tandem ad supplicium quoq; Romam deposcor. Quis est vel guttam habēs in se Germani sanguinis, quem hęc indignitas non moueret? hęc atrocitas non irriter? Ille interim quasi vno pulsu iniecturus omnia, brachiū sæculare implorat. O amē tiam prope singularem, o vāsaniā diu memorabilem, nisi qui hoc faciunt sanctissimi sint. Tuam conscientiam appello Alberte. potest quicquam agere, se indignum magis christianus Episcopus, qui toties iam renunciauit sæculo, quam si desperato brachio Domini, id est, dei filio, verbo dei, virtute dei, illud inuocet sæculare, id est, regnum mundi, quod dei non est, imo a dei regno ita seiunctum est, vt consortium non patiat. Quo de per Esaiam prophetam dicitur. Vg qui descendunt in Aegyptum, auxilium in equis sperantes, et habentes fiduciam in quadrigis, quia multę sūt & super equitibus, quia preualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum nō requisierunt. Mihi contra satis est in brachio domini sperare, vt cum eodem propheta dicam. Ecce dominus deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me?

HVTENICA AD ALBERTVM

Nā tinea comedet eos, qui a modestia illa christiana, quam Paulus notam esse vult omnibus, tam lōge absumunt. Qui non in spiritu ambulant, sed desyderia carnis perficiunt: vt dici eis possit. Confiditis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptū: cui si innisus fuerit homo, intrabit in manum eius. & perforabit eum. His ego princeps Alberte verum dicens inimicus sum factus. Neq; enim aliter displicere potuissem. Sed displiceam, dum auxilium meum sit a domino, qui fecit coelum & terram: cuius viam veritatis elegi. Nam veritas ipse est: & omnia mādata eius veritas. Quod si narrant mihi fabulationes Episcopi Romani, nullo bono zelo, sed lucri studio concinnatas, aspernabor, abiiciam, detestabor. Neq; em̄ sunt vt lex dei. Que vtinam sic esset cordi episcopo Leoni vt semper cogitat noue Germaniam compilare. Nos qui iugum Pontificium nostro iure detrectamus, primum excōmunicationibus, postea gladiis etiā, & veneno persequitur, postremo vinctos Romam abduci iubet. Neq; enim huc vēsanię prolaberetur, vnde aut abstrahi eum statim oportet, aut misceri passim omnia. Hęc breuiter vt tempus tulit, Tibi omnem felicitatē precor, hoc in primis, ne mali exempli contagio ad te vnquam perueniat. Atq; igitur protegat te Christus seruator & confirmet. Ex Ebernburgo Idib, Septēb. Anno. M. D. XX.

Sebastiano de Rothenhan, equiti aur. S.

¶ Hoc ptonante in me Decimi Leonis tōnitru, interim qd tu facis? Qua spe, q̄ futurorū cōiectura agis?

CONQUESTIO.

Et ista quādo audis (audis autem cottidie) quę in me, absentem dicuntur, ab ecclesiasticis patribus, quid mutare audes? quid libere loqui? Nonne in te francus animus residet? auita libertas? Nō credo ita odisse Germaniam superos, vt non plurimi se mihi adiungant, quo efficiamus hoc, quod nisi prope diem sit, actum de libertate nostra est, actū de christiana veritate. Illa conculcatur enim, hoc imposito iugo: hæc aboletur, pudendis inductis ab illis impostorib. nugis. Quamquam si destituar, soler me conscientia, & posteritatis spe. Neque enim ita extinguere hoc incendium potest, vt non aliquando, in maximam illorum pernitiem atrociter sit exarsurum, Perquire istic quid agatur diligentissime: & apud nobilitatem, quando fieri oportunitissime potest, de me qđ in rem hæc sit loquere. Aliquando per epistolas mone quid habeas. Apud inimicos vero meos, ingentem meum, & fracti per similem metum simula. Sic fiet enim, vt me cōtemnāt isti. Questus sum Carolo Principi, de iniuria & atrocitate Romani Episcopi, vincitum me Romam abduci ad se petētis. Queror & principib. populoq; Germaniæ, nō qđ mihi timeā, sed vt rei nouitate (solū em nūquā prius experti sunt hoc Romanistæ) multorum animos ad vindicādū cōmunem libertatē accēdam. Implorat ille brachium seculare. Ego domini contra virtutem, cōposita oratione inuocabo, Quis horum finis erit? Tu conice. Nos aliquid audebimus interim, neq; vnquam segniter negocium hoc agemus. Utinam sit in Carolo dignus ipso anūs, &

hæc vindicet ipse, Hoc summe in votis est. Vale. ex Ebernburgo, Idib. Septemb.

Inuictis, principi Fridericho, Saxonū duci, Electori, Vlrichus de Hutten eq. Germ, S.

¶ Iam tandem video princeps Frideriche, obsequendum esse Romane tyrannidi. Iam tandem postquam toties fraterne moniti, toties rationibus conuicti, fratres nostri Romanistę, non tantū nō mitius agunt ea, quę nos grauant, sed ferocius adhuc omnia experiuntur etiam. An non audisti, vincitum Romā peti me? et id quale sit, quamq; iis dignum vides? Nunc autē in Lutherum, qualem bone deus, quam violentam, quāq; crudelem contorserunt bullam. Dicas plane Leonis esse hunc rugitum: quem audientes miserę Christi oues, non vt piā pastoris vocem agnoscant, sed vt insidiatoris feri sanguinariam contremiscant. Est aliquod ibi enim Christianę mansuetudinis vestigium? aliquod est apostolicę iudicię modestię? Sic fremit ille, sic furit. Sed tunc magis elucescit eius feritas, qñ vt sæpe in ea bulla, alium se fingit, & beneuolentiā calide simulat. Quale illud est, vbi blande Romā inuitat Lutherū. Quasi vero ignoremus, quemadmodū habiturus nos sit, siue psuasus ille vltro veniat, siue raptus ego vi cogar. Lutherus itaq; si me audiet, nunq; ibit ad certum supplicium: de me autem valde miror quis persuaserit Decimo, tam facile & capi posse, & captum e media Germania, per transitu difficiles Alpes Romam duci. Fac posse autē, est hoc pastoris officium est Episcopi, est Christi vicarii, nō accusare, nō

audire, sed primo statim ad poenā rapere: ad supplicium ducere: hominem christianum: culpa est autem omnis nostra, atq; omne crimen est, quod Euangelicam doctrinam, sui lucri studio ab illis iam olim antiquatam, pene abolitam etiam, ad suum vigorem, suamq; reuocare lucem conati sumus: Germaniam vero nostram, cui omnium orbis nationi maxime libertas competit, seruire, non patimur. Displicuit hoc illi: pastoris at Christo placuit: nocuit perditę auaritia romanae curię, at prodesse incipit libertas diu iam inopi patrię. Neq; nobis cū vellemus inseruire Christo, vniuscuiusq; cupiditatibus gratificari licuit: aut cum iuuanda esset patria, cum illa facere potuimus Romanistarum factione. Itaq; pax non est cum illo nobis (sic em ipse censet) quia cum veritate est. Quare sic dico, obsequendum illis tandem est, quando & maxime diripimur nos, & in summum euasit illorum improbitas. Forte etiam, quia tempus esse videtur, vt uisitet deus omnem arrogantem, qui ingreditur super limē, qui complet domum domini dei iniquitate & dolo: & conculcetur corona superbię ebriorum Effraim. Omnino enim, nisi me omnia fallant, prope est, vt illa cadat Babylon magna, mater scortationū, & abominationum terrę, quę corruptit terram prostitutione sua. Illa inquam omni spurcitia referta, om̄ibus obnoxia sceleribus, Romana sedes, quę cū a Christi institutis degat alienissime. Christi tamen vicem iactat gerere se hic: & solam iactat, caputq; prædicat se Ecclesię vniuersalis, imo ipsa esse hæc sola contendit: & suum

quoddam orbi ostentat idolum, personatum illū apostolicum, qui cum præter sæculi regna, ac diuitias mundi huius, & corporis voluptates nihil curet, propterq; hæc bella gerat, & sanguinem fundat, tamen clauis obicit fidelium oculis, & cœlum claudere ac aperire præ se fert: tanta fiducia, vt sacra illa & cœlestia precio quoq; nobis cottidie vendat, aut siquādo placeat, eorum vsum interdicat, bonis etiam. Cadet profecto, cadet. Iamq; a deo audire mihi videor, illam diuinitus vocem, quę nos in πολικε Φαλην hanc bestiam concitans dicat. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia, secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete ei duplum. Quantū glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum miscete illi tormentum & luctum, quia in corde suo dicit. Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo, & huiusmodi. Aut hæc cita sunt, aut ergo in re mirabiliter verisimili fallor, Possent adhuc augeri enim ista: Aut cū accumulari vltterius non possint, & summe coaceruata sint, non soluentur: nō ruent. At quis illa vindicabit: Quis corrupta omnia & emendabit & corriget, Deus ne: Certe deus, sed hominum, vt sæpe ante, manibus. Vbi vos quid agitis viri Principes: Quo nos consilio, qua iuuatis ope: Tu præsertim, ad quem hæreditario quodam iure pertinet, adserere Germanā libertatem: Quid in medium consulis: Quam iuuant di nos viam inuadis: Quem aditum occupas: Vtinam aut animus sit vobis qui potestis, aut vires habeamus nos qui audemus: vt eum agno hūani gñis

seruatore pugnemus, contra multicornem beluam, commune orbis Christiani malum, quæ nunc multis cum viribus oppugnat veritatem, affligit sanctos, in captiuitatem ducit liberos, nostras exhaurit opes, facultates deuorat, publicos suo exemplo mores corrumpit, passimq; ab iis quorum in libro vitæ non scripta sunt nomina, adoratur: qui nobis dicunt. Quis similis bestia: & quis poterit pugnare cū ea? Quare agite adeste vos q; potestis: & vbi ex nostro hortatu, animum acceperitis, vestras nobis vicissim vires refundite. Sic fiet enim, vt ad sanitatem redeat hæc ægritudo. Ipse quidem nūq; deero vobis sedulus hortator, atq; eatenus inherebo, quatenus aut recipere virtutē videam, aut non esse fortitudinis capaces intellegam. Tūc enim aliunde queram huic malo remediū. Qd' ne fiat curate: cum quia potestis hoc facillime vos, tū quia turpissimum est, ab aliis q; ab iis, qui rerum capita sunt, rem communem restitui. Non tantum iniuria nos afficimur qui monitores nos interposuimus, sed omnium iam oppressioni operam isti dant. Neq; hoc ferre, vt liberi debetis: neq; non auertere illud, vt Principes Romæ olim Cato senior dicebat, ex magistratibus qui possent, nec propulsarent iniuriā, lapidibus esse obruendos. Adeo putabat necessariū hoc in republica officium, Quam est autem indecorum, quam turpe, & foedum, orbis reginam nationem, cuiquam, nedum ociosis seruire sacerdotibus. Vt nam enim Turcis pareamus potius, qui viri sunt, & in primis strēnui, ac rei bellicæ vt vix vlla natio periti:

vt in fortunam quæ in bello potest plurimū, hanc recidere culpam liceat. Quinetiam mitius imperant Turcæ, & in subiectos, æquiores sunt: neq; de religione, vt audio, pugnant, sed pro Imperio decertant. Hi vero domini nostri, quem fraudandi ac diripiendi modum statuunt? Religionem vero quis sic posset conculcare, vt ii, qui cum principatum in religione teneant, apposite contra Christum ac veram pietatem viuūt. Me quidē nostri vehementer pudet, quoties principum hic etiam ordini, edicere aliquid video Ro. pontificē. At facit hoc ille quoties libet, q̄tiefq; in rē suam est. Vosq; vt video, obsequeotes habet sibi, nisi q; tu Lutherū foues, ab omnib. derelictū & quandā alere adhuc pristinæ virtutis scintillā, quæ saluberrimū aliquid quando incēdium parere possit videris. Quod vt cōstanter facias, etiā atq; etiam te hortor: cum quia vt sic fiat necesse est, tum vero quia de nullo alio potest hæc in re sperari melius. Semper enī liberi fuerunt Saxones, semper inuicti. Ac sæpe quidē vniuersa pene conculcata Germania, soli restiterunt, soli externos propulerunt dominos, & omne detrectarunt iugū. Nā in vobis cēseo Vestphalos, eosq; q; Cherusci olim & Cenci vocati, eximiā v̄tutis suæ specimē dederūt bello Romano, atq; illū Germaniæ miserūt Arminium, Imperatorē omnium q; vsquā fuerūt, optimū & fortissimū, qd' ab hostibus etiā cōsequut' testimoniū ē: qui non patriam modo, sed vniuersam etiam Germaniā, e manibus Romanorum, tunc quando plurimū poterant, ac maxime florebant, eripuit: ipsos v̄o multis

CONQUESTIO.

& incomparabilibus adfectos cladibus, strenue expulit & eiecit Ille igitur apud inferos liberator noster quid sentit nunc, quando videt, cum ipse fortes Romanos & orbis terrarum dominos, regnare hic non tulerit, mollibus sacerdotulis, & effœmiatis seruire Pontificibus? Nōne posteritatis pudebit eum? Illi autem Othones vestri quales fuerunt? & Henrichi quidā, vestri & illi sanguinis? Porro bello quod cū magno Carolo gestū est, annis plus triginta, quæ perspecta Saxonum fortitudo est? quæ virtus enituit? Adde illos qui deleuerūt vltimas Gotthorū reliquias, vestri em̄ fuerunt, quiq; Britanniam expugnauerunt: & expulsis indigenis. Anglos ex se & Scotos deduxerunt. Quid illos memorem veteres Cymbros, & Teutones, magno vrbis Romę malo, vestris e finibus in Italiam effulos olim? Deinde quoties ingressa Italia est illa natio, & cum aliis vna Gallias deuastauit, attactis etiam Hispanis? Sunt & in Sarmatas præclara illius facta. Et ab Hunis quondam, post ab Vngaris etiā, quas, & quam splendidas reportarunt sæpe victorias tui populares? Multa consulto prætereo, quia vnū satis est meminisse, solos nunquam externis seruisse Saxones. Quod videre vos decet: ne cum maiores vestri tales fuerint, vos aliquid indignum hoc genere admittatis, Accepistis quidem & ipsi iugum in vos, a Pontificibus, superstitione vt omnes olim deliniti. Sed cum hoc malū quoddam vniuersim christiani orbis fatum interpretari liceat, facile infamiam eam noua abolebitis gloria, si authores sitis rei longe

HVTTENICA AD FRIDER.

pulcherrimæ atq; honestissimæ, vt per vos in libertatem vindicetur vniuersa natio, sibiq; reddatur Germania: quæ nunc non intelligit, non sapit immortalis Christe, quid, & quam indigna patiatur. Nam cū omnibus seruire indecorum est, tum vel præcipue turpiter hoc fit, ab iis, qui imperare ipsi aliis debēt. Aut igitur desinamus orbis imperium adscribere nobis, & Imperatores deligere hic, qui nomen habeant tantū, cum ab re absint longissime, aut strenue pontificiā auferamus tyrannidem, Omnis, vt Platoni videtur, liberalis virtus est, soli seruitute digni sūt mali. Præstat in malis esse, quam haberi optimos? Possent in nos dicere hoc, si esset hodie, quod in Eretrientes olim strenuus imperator Themistocles, gladium habere, sed corde nō esse præditos. Sic enim videtur. Quod vnice miror, quæ cogitatio vos teneat Principes, quando me Equitem videtis, tam impacienter ferre indignitatem hanc. Multo enim magis hæc vobis cure esse conueniebat. Posses autem lachrymas effundere tu si cum multa egregie gessissent maiores tui, nullam tibi reliquam adeundę glorię occasionem fecissent. At optimam reliquerunt, & fertilissimam, tu modo inuade & occupa. sed non sine cęde, non sine sanguine fient quę conamur. Hoc illi viderūt, qui causam nobis persequendi sui dant: qui mihi dignis, vident, quos percutiamus gladio, cū alios gladio toties percuterit prius ipsi. Solēt vero medici, amarissimos plerūq; morbos, amarioribus eluere medicamentis. Sic agat hic, quando aliter agi nequit. Existimo autē ne turpitudie

CONQUESTIO.

nostra (quod primum & precipue fieri decuit) inculcatum tibi satis iam. De incōmodo vero & detrimento quæ ab illa nobis sunt tyrannide, haud p̄inde multis agendum est, quod hoc quale sit manifeste omnes intelligant. Videmus non esse aurum in Germania, nec argentum p̄ne: si quod reliquum vero est, ipsum auarissime ad se trahit, nouis cottidie inuētis artibus, ille sanctissimus Romanistarū Senatus: vbi quid eripuerit vero, tum in pessimos confert vsus. Vultis em̄ scire Germani, quæ vidi ipse, quid faciat Romæ nostra pecunia? Non nihil facit. Partem in nepotes suos & cognatos profundit Decimus, habet autē ita multos ille tales, vt prouerbio locū dederint. Leonis Romæ cognati & affines Partem absumunt tot reuerendissimi, quos trigintaunum pater ille vno atq; eodē creauit die: tot Referendarii, tot Auditores, Prothonotarii, Abbreviatores, Scriptores apostolici, Camerarii, Officiales, & id genus alii Principis Ecclesię primates. Nam hi post se trahunt maxima adhuc cū impēsa, Copiistas, Pedellos, Cursores, Scobatores, Mulliones, Stabularios, & scortorum vtriusque sexus innumerabilem turbam, ac lenonum exercitum. Alunt & canes, equos, ac simeas, & cercophytecas, & huiusmodi multa, animi causa. Domus vero extruunt, solido quidam e marmore, & gemmas habent: ecenantque laute, ac splendide vestiunt, & genio indulgentes, secure deliciantur. In summa, nostrę pecunię præsidio, magna ociatur Romæ pessimorum hominum multitudo. Nulla ibi relligiōis cura, mag-

HVTTENICA AD FRIDER.

us est contemptus, qualem vix apud Turcas esse arbitror. Fraudant, imponunt, furantur, mentiuntur, falsum obsignant, spe lucri omnia dicunt ac faciunt: propositum vero habent hi omnes, pecuniis nostris insidiarii, alii viuunt vt edant atq; bibant, & sumptuosissime delicientur: nostrisq; sumptib. assequuntur hoc Has ob res inmensam o Frideriche, auri vim Romā quotannis hinc mittimus, nec adhuc intelligimus, p̄di quod sic elargimur, Imo non perdi rem tātum, sed materiam fieri adhuc magnorum infinite malorum. Itaq; si philosophari libet, ob idq; pecuniam abiicere decretum est: patent tot in propinquo maria: sunt fluiuii, ille apud nos Moganus, vltra Rhenus, tuus istic Albis, atq; alii. Demittamus eo, vt perdatur ipsa potius, quam perditionis causa sit vbiq; multis: dum istam pascimus turpitudinem Romæ, supflue adeo, vt huc non nihil inde redundet: dum hęc alimus publicam morum pestem, hanc ipsi fouemus vitę contagionem. Sed non abiiciemus? Tātum transferri alio non sinamus. Hęc prima & optima est destruendę illius tyrānidis via, hic modus. Certe ei subducto hoc luxurię fomento, minus se efferēt, tractabiliore passim erunt, Postea duce aliquo Othone, illum censebimus senatum, urbē Romam lustrabimus, & eiectis malis complurib. paucos quosdam sua, illic sacra curare iubebimus, regnare nō permittemus. Ipsi Imperatori, si quidem esse volet, Imperii sedem reddemus. Romanum pontificem, vt equalitas episcoporum sit. in ordinem redigemus. Sacerdotum etiā hic censum

minuemus. Ipsos ad frugalitatem perducemus, & pauciores faciemus, centesimo quoque delecto. De iis vero qui fratres vocantur, quid statuemus? Quid enim aliud, quam quod ego censeo, abolendum omne monachorum genus. Quod ignorari non debet, si fiat, quam sit utile quamque fructuosum reipublice Christiane futurum. Primum enim coactis tot sectis, tot conciliatis inuicem diuersitatibus, ablata viuendi dissimilitudine, incerta simultas cessabit, praue aemulationis causa non erit, neque inuidiae materia suppetet. Omnes in Christo unum erimus. Stabit publica concordia, ac inter nos omnes coniungemur, ut exterius differamus ab aliis. Nemo tunc mollis & delicatus vel auarus ad sacerdotia, ut nunc, adspirabit. Probi & docti, qui vitam quidem exemplo meliores alios faciant, doctrina vero multos erudiant, ipsi accersentur. Deinde, quod optandum imprimis est, tot hypocritem desinet simplici plerumque fucum facere, pauperum sudorem ac sanguinem emendicare, omnes exhaurire, se implere, sub falsa religionis specie fraudare, & decipere, An non vides quot magni nebulones quae callidi veteratores, sub monachali cucullo, magna nonnumquam flagitia patrarent? & quod multi nunc insidiosi accipitres, columbinam simplicitatem simulant? multi rapaces lupi agninam praefecerunt innocentiam? Quorum tamen si qui meliores sunt, sua quaedam & noua superstitiose sequuntur, impie ab iis quae Christus instituit praeuariantur. His tot Germaniam atterentibus, magisque ac magis omnia deuorantibus ablatis, simul ea quae in nos ferunt Roma-

nistae, diripiendi licentia adempta, multum hic auri, multum erit argenti. Verum id quantumcumque nobis, aut qualecumque relinquatur, in meliores verti usus poterit: nempe ut alantur magni exercitus, & Imperii propagentur fines: etiam Turcae, si videbitur, debellentur, ut multi qui per penuriam furantur nunc & rapiunt, stipendiis tunc viuant. Ut qui aliter egent, publicis quoque inopiam tolerant, accipiant. Utque doctissimi alantur homines, & literarum studia foueant. In summa, ut virtuti praemia sint, internaque egestatis habeatur ratio, ignauia exulet, fraus occidat. Hoc videntes Bohemi, per omnia nobiscum facient. Nam antequam aduersus auaros sacerdotes sibi consulissent, prohibiti erant. Facient & Graeci: qui cum ferre nec velent, nec possent Romanam tyrannidem, Romanorum pontificum instigati, pro schismaticis sunt habiti, multo iam tempore. Ac Rutheni erunt nostri, qui cum esse nuper vellent, repulsi a Sanctissimo sunt, iubente pendere sibi aureorum quotannis quater centena milia. Etiam Turcae minus oderint: nec ulli Ethnici calumniandi ut prius occasionem habebunt. Haecenus enim eorum qui religioni praefuerunt, vitae turpitudine, odibile apud alienos Christianum nomen reddidit. Erat hoc afflixisse fluctuantem Petri nauiculam, destruxisse Ecclesiam dei. & (quemadmodum sacrilegi clamant Romanistae, foeda vociferatur Epicureorum schola) inconsutilem Domini tunicam discerpisse, an vero accessione tot populorum, emendatis publice moribus, & contagiosis ablatis e medio exemplis,

CONQUESTIO.

depurgasse, prouexisse, & auxisse: Vides igitur, quā nolim abolitam charitatem, sed deuictis iis quæ obstant, locum ipsi facere: quam nolim destructā ecclesiam, sed relegatis Antichristis impostoribus, bene christianis his, & vitę synceritate commendatis, ad ecclesię curam prebere aditū: Itaq; hoc erit restitui charitatem, augeri Ecclesiam, & dum christianę in vniuersum reip. consulitur, magno interim commodo patriam afficere. Nam facile inter equales conuenit: & qui vitę similitudine tenentur, mutuum plærumq; amorem vltro concipiunt. Expulsi autem ignavis fucis, melliferę aduolabunt apes, quæ secure ista nobis restituent aluearia. Ibi tum reddita sibi pietas se tuta consistet; poteritq; durare. Nam haud erunt irritamenta malorum diuitiã, neq; ad vitæ dissolutionē vocabit mollis opum luxuria. Hęc vtinam aut velletis vos q̄ potestis, aut possem ego qui volo. Quod si flectere vos nequero, neq; alibi etiam incendium quo hęc adurantur excitare, quod prestare tamen solus poterō, nihil admittam forti indignū equite. Neq; vnq; (donec quidem sana mihi mens constabit) vel tantillum ab iis quæ proposui discedam: vestri autē quos a virili fortitudine degenerare videbo (si quidem videbo) miserebor. Maneboq; liber, quia mortē nō timeo. Neq; vnquā de Hutteno audiať, qđ externi alicuius regis, quantus quātus erit ille, nedū ignaui Pontificis imperata faciat. Tantum aberit, vt illā vobiscū adorem multicipitem bestiam, cū quia nō feret hoc meā natura, neq; me dignū arbitror, tū vel maxie,

HVTENICA AD GERMANOS.

quod timebo, ne illę effundantur in me diuine iracundię phialæ. Nunc autem vrbes desero, quia veritatē deserere non possum: liberrimeq; lateo, qđ libere verari inter homines non licet, magno cum periculi, qđ circumstat, contemptu. Mori em̄ possum, seruire nō possum. Etiam Germaniam videre seruientē nō possum. Sed aliquando reor, facta ex his latibus eruptione. Germanorum fidem implorabo: & ibi forte, vbi maxima erit hominum conuentio, exclamabo. Ecquis pro publica libertate audet cum Hutteno mori? Hęc ad te pro animi commotione magis, q̄ te dignum est, libere. Sed bene de te sperabam. Igitur existimaui, ad liberum scribendum mihi libere. Vale, & te excita. Ex Ebernburgo, tertia Idus Septembres.

Omnibus om̄is ordinis ac status in Germania
Principibus, nobilitati et phębeis, Ulrichus
de Hutten Eques, Orator & Poeta
laureatus. Salutem.

¶ Cum veritatis amore, simul & patrię studio, ea scriptis pdidissim nup, quę reticere, & impiū satis putauit, & officii eē haud qđq; mei arbitrat' sū, de inmodica Romani Pōtificis potētia, de puerſo vrbis Romę statu, de luxu & auaritia Sacerdotū, de Symoniaca heresi, de Curtisanorū improbitate, vniuersim de iis, qđ cū spirituales vocari postulent, nec viuunt ex spiritu, & carnis negotia tractant omnium auidissime, ac voluptatib. dediti sunt perditę, de nouis semper Pontificū functionibus, ac violentia cottidie bullarum plus

CONQUESTIO.

quam tyrannica, & id genus alia, quibus multipliciter ac prope infinite Christianę veritati derogat, hæc natio grauissime opprimitur: essetq; adeo omnia manifesta, vt negari non possent: adeo iniqua, vt nec excusationem acciperent, & defensionem excluderent: ego vero cum in literas referrem, non tantum non cōsciū essem alicuius mihi delicti, vt penā metuerē, sed bene meriti etiam, vt premiū sperare auderem: vt qui ea monerē, quæ ex Christi instituto cum essent. me quidem digna videbantur, & religioni consentanea, publico vero etiam necessaria. Nā id plane conabar afficere, vt aliquando resipiscant Isti: quone nimium iustas persequendi sui causas, populo Christiano præberent. Cum hæc inquā conarer, atq; hoc animo hac spe, hac fide conarer, eam statim sensi hominum comotionem, quæ esse solet, quoties nouis studeatur rebus, aut aliqua imminet publico euersio, grauē scilicet infensionem, horribiles minas, terrores admodum vehementeis, præsens periculum. Nam ex amicis, anathematis fulmen nunciabant aliqui in me distringi, quidam carceres, aut aperte cædem: nonnulli horum nihil, sed destinatam clam necem mihi: eamq; aiebant, siue immissa ex improuiso lica, siue propinato veneno patratum iri, Certe abolitionem mei existimabant decretam omnes. Quidā se etiā scire palā fatebantur, quæ proderet nō auderent. Quinetiā ex vrbe Roma certior factus sū, q̄b. curātibz, tā grauia in me cōsulātur. Cumq; descēdissem in Brabantia pau-
lopost, & dies aliqt̄ in aula iuictissimi regis ac dñi nr̄i

HVTENICA AD GERMANOS

Caroli versarer, monitus statim a necessariis ibi meis sum, si me seruatum vellem, vt discederem statim. Ibi enim potissimum dispositā mihi fraudem, ibi collocatas insidias: nec fieri posse vt effugerem, nisi mox fugerem. Ea accepta fama, primū innocentia fretus contempsī. Verū vbi hæc non vnus & alter, sed cōplures iam simul deferre ceperūt, cur monitionem accipere nollem: caussa visa nō est, cur inde me cofestim propria perem necesse visum. Nō dico quis insidiatus mihi sit Germani, nec omanino q̄ vere insidiatus aliqs sit, sed ab amicis monitum dico, iam imminere meo capiti perniciem, iam non longe a mea internitione abesse me. Dicebant vero, cum scire maxime vellem, vnde mihi periculū esset, aut vnde insidiæ, eos qui Pōtificis Ro. apud Germanos agunt negotia. conari hoc, & a Curtisanis q̄tq̄ hi, aut quicui sunt, cauēdū mihi esse. Sed non falsos esse, qui tunc monebant, documento fuerunt quę infecura sunt. Nam & redeunti mihi aduerso Rheno, q̄ ab vrbe Ro. venientes, vt multi tunc, forte occurrerunt, palam dixerunt, Romę omnes hoc dicere, implacabilit̄ irasci mihi Pōtificē, eū persequitio nē decreuisse iam cōtra me quantū fieri possit atrocē: & Mogunciam vbi redii, factus obuiam amicorū cōcursus est, gratulatiū, q̄ sibi redditus esse: q̄rū aliq̄ ad modū mirabant̄ qd̄ viuerē. Dicebāt em̄, & fama erat passim, eas esse insidias mihi q̄s difficillimū sit euadere. Quare etiā diu iā salutē meā desperarint, ip̄m me pro conclamato pene habuerint. Superuacuum est nunc exponere, qd̄ præterea itellexerim ibi, Verū vt Frāco

furdium inde perueni, ecce ab amicis epistolæ ac nū-
 cii, quidam etiam præsentēs ipsi docent, iam literis cō-
 tendere a quibusdam in Germania Principibus Epi-
 scopum Romanum, nonnullis suo iure etiam impera-
 re, vt vinctum me Romam mittant: idq; e sumis vni-
 quem hoc maxime posse arbitretur, obnixè adeo, vt
 nisi faciat, atrocità omnia diminetur, seq; non amicū
 iam vltra denunciēt, sed inclementē fore predicat. Ibi
 tum, qui amici fuerant, territi complures sunt, ac ani-
 mo perculsi. Neq; ita longe post, qui imbecilles erāt,
 nec animis valebant satis, abstinere ceperunt. Nā vix
 dum agnitum erat, vera monuisse hos, cum alia con-
 tinuo fama, alius terror accedit eadem apud Carolū
 regem conari quendam Pontificis oratorem: eiq; ab
 illo demandatum, vt vbiubi incidat, comprehensum
 me adgrediatur. Quare etiam, vbi ubique hoc sibi per
 Germaniam liceat, auctoritatem Caroli deponat si-
 bi: & quod in vltimis fieri solet, brachiū seculare im-
 ploret. His tot tāto cum terrore objectis subito, cum
 videam plane fieri, iam quæ cogitari prius cum audiis-
 sem non credideram, & ea hæcenus sim molitus, quæ
 cum publico bono & patriæ commodo, summam ho-
 nestatē, optimam fidem, ac veram in se religionem cō-
 plectantur, & quæ accusare non liceat, probare eti-
 am necesse sit: tamen ob imminentis clam ac vi periculi
 magnitudinem (neq; enim publice quicquā me-
 tuo, aut iure metuo) locus mihi amplius in Principū
 aulis non sit, & in amicorum vt ante negotiis versari
 vltra non liceat: in summa (quia vbiq; Curtiani sunt,

habentq; venenum & siccas, & vt gratificentur Pon-
 tifici, auluri omnia creduntur) publico interdiciū mi-
 hi penitus cognoscam, idq; nullo meo errore, nedū
 culpa, sed istorum (qui cum sic viuant, verum in se di-
 ci non patiuntur) vi ac violentia, cum aperte videam
 huiusmodi inquam, nec aliter declinare liceat, cedam
 malorum potentia aulis, cedam cōciliis, cedam pub-
 lico: sed ita cedam, vt interim tamē, neq; a veritatis ad-
 sertione, ad quam referenda omnia sunt, neq; a vendi-
 catione libertatis patriæ, pro qua mortem etiam for-
 midare non debeo, discessurus vnquam sim. Qua in-
 re cum occupari totis viribus multo ante proposue-
 rim: neq; tamen cum pie hortarer, vt placide quæ ob-
 stant verterentur, profecerim, eo necessitatis cogor tā-
 dem, vt non iam querendi sint, qui adserendæ verita-
 tis, & patriæ libertatis vindicandæ authores mecū fi-
 ant, sed qui vitam ac salutem meam conseruent inuo-
 candi. Quare ille ego, qui circumspiciebam paulo an-
 te, vt essent, qui laboranti inter tot oppressores Chris-
 tianæ veritati opem ferrent: eiq; detergerent, induc-
 tum iam olim, magno cum dedecore religionis no-
 stre fucum, ac istud excuterent iugum, quod pro su-
 aui a Christo imposito, ab antichristis tyrannis in-
 ductum est acerbissimum, & fœda e medio sublata
 seruitute, qua tot iā sæculis opprimimur a Romanis
 Pontificibus priscam repararent libertatem, quam
 benefice suis Christus dedit, isti nimis inciuiliter ade-
 merunt, crudeliter lacerarunt, pene etiam funditus
 deleuerunt: ille inquam ego, cui hæc & huius-

CONQUESTIO.

modi paulo ante cordi fuerūt, idem nūc, vt viuā, atq̃
 hęc diutius agere possim, cogor tot clausus insidiis,
 tot agitatus persecutiōib, omnium consilia, omnium
 opē atque operam implorare. Sed quo confugiam?
 Vnde auxiliū petam? Vos apello, vos obtestor Pri-
 cipes ac viri Germani. Bene meritos eiici, innocentes
 plecti sinetis? Ah ne facite. Ne hęc in vos accipite no-
 tam: vt cū in extraneos semp hospitalis ante Germa-
 nia fuerit, vos in domesticū fuisse nō bñigni videamini.
 Atque hoc caute: ne si vos me destitueritis, neces-
 se sit externa implorare auxilia, peregrinā efflagitare
 opem. Non iure oppugnor, sed vi & factione aduer-
 sariorum opprimor. Non appellat me ius, aut æqui-
 tas, sed compellit libidinōsus inimicorū furor. Vbi ē
 virtus Germanorum? Vbi illa omnibus nationibus
 cognita, omnib, populis decēata fortitudo nra? De-
 fendite oēs vnū, q̃ oib, vnus laboraui: & iā essem. Cer-
 te em̄ labor fuit ille meus, fuitq̃ conatus. At vero euē-
 tus moderari, ex dei id voluntate est, non hoīs voto,
 Mihi quidē p̄ inde periculū est, ac si quod vestra caus-
 sa pie volui, feliciter essem assequutus. Et iam enim es-
 sem in gratiā Ro. Pontificis ego, nisi voluissem in pa-
 trię commodum, & publicam vtilitatē vertere, q̃cqd
 tot laborib, tam dura ac difficili peregrinatione, tot p̄
 acerbissimos casus, in tantā fortunę aduersitate que-
 situm mihi & comparatum est, tot vigiles o Germani
 noctes, tot diurna nocturnaq̃ passim itinera, tot ex-
 haustos labores, tot perpeffas acerbitates, tam despi-
 cabilē toleratā paup̄tatem, tot annorū exilium, qd̄ in

HVTENICA AD GERMANOS

flore etatis perculi. At suavit hoc veritatis studiū, sua-
 sit patrię amor. Quo minus hanc finite officii impen-
 sam perire mihi. Fructum laboris ferre liceat, vel idē
 circo, vt beneficium agnouisse videamini. Nōdum
 accusator fuit, nōdum testis. Non vocor ad iudiciū.
 Non crimen imputatur. Tantum ad p̄enam rapior,
 ad supplicium deposcor. Sinitis indemnatum, indice-
 ta causa occidi? & cum gladios Germania & laque-
 os habeat, quibus fontes puniantur. Romę sinitis oc-
 cidi? Si acc̄ labor, vobis vnus iudicet, ille communis
 princeps Carolus: si conuincat, hic occidi detur. Nō
 fugio iudiciū. In medio vestrum cōfidenter verfor.
 Tantum vim fieri ne permittite: saltem ob id, ne si in-
 nocens peream istorum violentia, aliquando in mor-
 tūm fingant crimen. Hanc ne finite generi meo labē
 adspergi, si me vt cūq̃ tractari parum refert. Hoc p̄
 me effœti etate parentes orant. Hoc attoniti rei insues-
 tudine adolescentes fratres deprecātur. Hoc tota vos
 cognatio, ianuarerabilis amicorum grex, tot doctis-
 simi homines, tot generosi proceres, orant & obtestā-
 tur. Si glorię vestrę consului Germani, vos ne famā
 negligite meam. Si laudis vestrę operator fui, vobis
 erumna mea curę sit. Si vestrum honorem amplificau-
 ui, vos meam incolumitatem ne deserite. Ego ne hinc
 diuellar infelix? ab hac terra? quę me natum excepit:
 hoc celo? quod aluit: his hominibus? quorum tam
 suavis consuetudo est. Hos ego focos, has aras dese-
 ram? Neq̃ in exilium ibo, vt misere viam sed ad im-
 mane suppliciu, vt turpissime pereā, abripiar? Este au-

xilio populares: ferte opem: ne vīcula sinite indui mi-
 hi, qui repellere a vobis ea conatus sum. Corroboratā
 quidem multa vetustate licentiam, in meam tamen pe-
 niciem exire ne patiamini. Officii prāmium a vobis
 repeto, etiam beneficii debitum. Propulsate externā
 vim a populari, ab eo qui de vobis bene meritus est:
 qui si noxius est, in vobis puniri sustinet. Nō libet ac-
 cusare, occidere licet. Cunctis magnē mihi honestatis
 conscius sim, de nulla vnquam turpitudine reus fue-
 rim, petor veneno, petor gladio, & Romam protra-
 hor: ne quorum hęc mentes cogitant, eorū oculi vo-
 luptate se sua fraudent. Quis vestrum adeo durus, a-
 deo est adamātinus, vt ei nō lachrymas exprimat hęc
 miseria? Tu Christe, qui omnia intueris, vindices ad
 hanc calamitatem oculos dirige. At vos o Germani,
 defendite vestrum ciuem, defendite innocentem, vni-
 uersi quidem pro vno, sed communi tamen omnium
 caussa dimicantes. An obscure pręuidetis iam, qbus
 ex meo supplicio, quale pręiudiciū sit futurum? Atq;
 igitur ne longius serpere exemplum pręcauete. Mea
 calamitas vestrum periculum est, meum exitium ve-
 stra captiuitas. Aperite oculos Germani, & cognosci-
 te, vbi versemini, & quo deducti sitis. Non accusor,
 quod male vixerim sed quod bene senserim ob id ꝑo-
 plector. Non citor reus, quod aliquem læserim, sed
 quod læsos multos vindicare voluerim, supplicio de-
 poscor. Nemo in Hutteno culpatur, quod alicui vim fe-
 cerit, sed quod vim veritati factam, optima fide pro-
 pulsare conatus sit. Ergo nō crimē meū est, qd nouū

aliquod hic incendium excitauerim, sed bene meritū,
 quod vetus hoc Romane avaritiæ, nunc demum. qñ
 in publicam perniciem longissime latissimeq; diuaga-
 tur, restinguere sum adgressus. Nulla turpitudine obi-
 citur, sed summa honestas imputat. Nemo mihi bo-
 nus inuidet, tantum oderunt mali. Vestram fidē Ger-
 mani, vestram integritatem. Prohibete iniuria vince-
 re eos, qui iure certare noluerunt. Nec ab illis ferte
 quod opprimar: qui ne vos opprimerent, ipse me in-
 terposui, meam vitam in discrimen conieci. Sed quid
 hęc ego commemoro? Date hoc mihi, quod nega-
 tum adhuc nemini est: vt si quis accuset, dicere causam
 mihi meam liceat, Vetus hoc est, & intime insitū Ger-
 manorum consuetudini: indemnatum, indicta caussa
 occidere neminem, etiam ex infimis: neque aliter pu-
 nire. Omnibus iudicium datur, de omnibus senten-
 tia fertur. Ne hoc mihi negate, quod postremæ con-
 ditionis hominibus datur, quod despectissimus qis
 que obtinet. Certe profecto, si dicenda caussa sit, vi-
 cero: si vi ac violentia decertandum, in vobis vt plu-
 rimum situm est, qualis futurus sim. Nam si vos de-
 fenditis, salua res est. Sin deseritis, periculum quidē
 inerit, ego tamen conscientia fretus non desperabo.
 Eadem in Domino speraui, & eripiet me, nequādo
 rapiat Decimus Leo animam meam, dum non est
 qui redimat, neq; qui saluum faciat. Iam enim circū-
 dederunt me carnes multi, & concilium malignanti-
 um obsedit me. Susceperunt me sicut leo paratus ad
 prædam, sed auertet deus mala inimicis meis, & in

CONQUESTIO.

veritate sua disperdet illos. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium Curtisanorum, & a verbo Leonis Decimi aspero. Furitis quidē, & stimulo cupiditatis suę præceps fertur: sed ita longe abest, vt ab eo tutus esse possim. Reliquum a Curtisanis periculum est Germani. Hi instant, hi vrgent. Quibus & si iratus est deus, tamen obsistere vos decet. Nam suorum manu impios punit deus. Prius misere diuexarunt hanc nationē, nunc perniciē moliant eis præsertim, quos mysterium suum perdere vident. Quod feretis Germani? Neq; vos huic furentium libidini opponetis? Atq; vt plane intelligatis, a quibus insidiæ mihi fiant, hi sunt, quibus authorib. quibusq; ministris ea fiunt, quę ego nisi reprehendissem, iam saluus essē: si laudassem, etiam beatus. Hi, vt cōpiletur noue cotidie patria hæc, adiumento sunt, cōsiliū dant, opē aduertunt, impiū Curtisani, detestabiles Symoniaci, qui istam miscent abomiabilem publice praxim, qua Christo illuditur: veritati fucus fit: Germanię, non tantum, quando in pecunias eius & possessiones impetrus istinc fit, detrimentum adfertur, sed populi etiam mores, pessimis inductis ab vrbe Roma exemplis deprauantur. Ab ipsis em̄ sunt istiusmodi malorū causæ, qui cum tanto suo cōmodo ministri sint Romani Pontificis, hoc faciunt posse illū, a quo lōgissime alioquin aberat. Horum opera sit, vt regnet Superstitio, vera exulet pietas. Hi animarunt Romanos Pōtifices in tantum, vt constitutionibus ad lucri sui intuitū latis Euangelicam abolere magna ex parte doctrinam ad-

HVTTENICA AD GERMANOS

gressi sint, Hi illam alunt Romanam voraginē, illū pascunt insatiabilem istic gurgulionem, qui patrimonia hic nostra deuorans, hanc illinc reuomit morum perniciem. Atq; hi effecerunt, vt hunc illi nationi huic laqueum induerint: quem vereor, ne haud soluat, nisi destructis his: ne haud nisi aboleantur hi, enodetis. Hi sunt quasi quidam in patrię malum nati illices. Hi Romane mensę aucupes, qui quod Roma voret capiunt: & capiunt tam nimis multum, quam non satiatur illa vorando. Aperite oculos Germani, & videte, qui vos hic dispolient, qui apud exteros infament, omnisq; vobis male fortunę, omnis deprauati status authores sint. Atq; ecce vobis sceleratos Indulgentiarum mercatores, sacrilegos gratiarum, dispensationū absolutionū, & omnis generis bullarum institutores qui sacrarum rerum mercatum in ecclesia dei instituerūt, cum prophanarū ille emptores & venditores templo olim eiecerit. Qui istas architectant fraudes: illos concinnant dolos, vnde hæc est seruitus, hæc nationis huius captiuitas. Qui me impeditum reddiderūt: in has turbas, hanc inquietudinem coniecerūt. Qui hoc mihi discrimen, hoc periculum conciliarūt, haud aliā ob causam, quā quia suas artes prodidi, crimina detexi, rapinis obstiti, grassaturę impedimentum attuli. Quoniamq; per me quadam ex parte effectū est, vt non nihil ipsorū decesserit lucro, verę pieiati multum accesserit, Semper tumultum fugi: seditionis author esse nolui: atq; vt intelligatis, quam non fuerit meum consiliū, publicam isti statui euerсионē moliri,

CONQUESTIO.


latine scripsi quasi secreto admonēs: neq; vulgum habere statim consciū volui, aut populares mox contingere aures: quāuis cur hoc facerem, plus satis cause haberem: nunc quia sanitatis capaces esse pie admoniti non videntur, sed fraternę adhuc correptioni exitium obuertunt, nihil vel sic grauius consulam: tantū vim fieri queror mihi, & iniuriā fieri queror: vestraq; Germani opem inuoco, vestrū auxiliū imploro: non quidem vt hos perdatis, sed vt me seruetis. Neq; em̄ adhuc author esse volo, licet tot modis lacessitus, vt quia male fecerunt puniantur: tantum ne posthac faciant, caueri peto. Hoc si non orem ego etiam, ipsa vtiq; causa impetrare debuit, Quę si quando ita cordibus vestris incesserit, vt oculis iā obseruatur, neq; mihi q̄rēdi amplius causa erit, neq; vobis opē ferēdi necessitas imponet. Valete, & videte, q̄rto calē. Octob.

DIRVMPAMVS VINCULA

EORVM.

ET PROIICIAMVS A NOBIS

IUGVM IPSORVM.



R XIII ⁶

60, 128

60, 128.